



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Recogniti||one Des. Eras-||mi Roterodami.||

Erasmus, Desiderius

Basileae, 1518

VD16 E 3644

Ammiani Marcellini Rervm Gestarvm Liber Decimvsnonvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14277

Auiditate rapiendi
piēdi aliena
festinans.

Congestum

Christiano
ritu.

minata; ubi mcerēt omnes ingenui Barbari armorum uiriūmq; fortitudine in
ter alios eminentes. Hæc dum primi impetus conatibus agminatim superatis,
rex cum populo suo, gentibusq; quas ductabat, aberrasse loco itinere flexo de-
xtrosus, ut monuerat Antonius p̄ Hermunduros in Ceracates, & Charchaten
inde transiturus Amidam cum prop̄ castella Romana uenisset, quorum unū
Reman, alterū Busan appellatur, perfugarū indicio didicit multorū opes illuc
translatas seruari, ut in monumētis præcellis & fidis: additūmq; est ibi cū supel-
lectili preciosa inueniri sceminā pulchram cum filia paruula. Cauasi Misibeni
cuiusdam uxorē, municipali ordine, genere, fama, potentiāq; circūspectati. Aui-
ditate itaq; rapiendi aliena festinans, petit impetu fidenti castella, unde subita
animi cōsternatione defensores armorū uarietate præstrikti: cūctosq; prodide-
re qui ad præsidia cōfugerūt, & degredi iussi, cōfestim clauēs obtulere portarū:
parafactisq; aditibus, quicqd ibi congestū erat, eruitur, & productæ sunt attoni-
tæ sonitu mulieres, & infantes matribus implicati, Graues erūnas interniti tene-
rioris ætatis experti. Cumq; rex percontando cuius iam coniunx esset Cauasi
comperisset uim in se metuentē, prop̄ uenire permisit intrepidā, & uisam oper-
tamq; absq; ornatu, ipsa atro uelamine certiore iam spe mariti recipiendi, & pu-
doris inuiolati mansuri benignius confirmauit. Audiens enim coniugem miro
eius amore flagrare, hoc præmio nisi bonā se proditiōē mercari posse arbitra-
tur. Inuentas tamē, aliasq; uirgines Christiano ritu cultui diuino sacratas, custo-
diri intactas, & religioni seruire solito more nullo uerante præcipit: lenitudinem
profecto in tempore simulans, ut omnes quos antehac diritate terrebat, sponte
sua metu remoto uenirent, exemplis recentibus docti, humanitate eum & mo-
ribus iam placidis magnitudinem temperasse fortunæ.

AMMIANI MARCELLI-

NI RERVM GESTARVM LI-
BER DECIMVS NONVS.

Cuncta fel-
lātib? armis
coruscabant.
Insigne qd
Sapor gesta-
bat pro dia-
demate.



HOC MISERAE nostrorum captiuitatis euentu rex
latus, successusq; operiens similes, egressus exinde
paulatimq; incedēs, Amidā die tertio uenit. Cumq;
primū aurora surgeret, uniuersa quæ uideri poterāt,
armis stellantibus coruscabant, ac ferreus equitatus
campos oppleuit & colles. Insidēs autem equo, ante
alios celsior ipse præibat agminibus cunctis, aureū
capitis arietini figmentū interstinctū lapillis p̄ dia-
demate gestās, multiplici uertice, dignitate, & gentiū
diuersarū comitatu sublimis. Satisq; eum cōstabat colloquiōtenus defensores
mœniū tentaturū aliorum Antonini cōsilio festinantē. Verū caeleste nomē ut
Romanæ rei totius erumnas unius regionis cōcluderet, ambitū adegerat in im-
mensum

mēsum se extollentē, credentēq; quo uiso statim obsessi omnes, metūq; exanimati supplices uenissent, in preces cohortis obequitabat, comitāte cohorte regali: qui dum se propè cōfidētius inserit, ut etiā uultus eius possit aperte cognosci, sagittis, missilibusq; ceteris ob decora petit⁹ insignia corruisset, ni puluere iaculantium adimente conspectum, parte indumenti tragulæ ictu discissa, æditurus postea strages innumeras euasisset. Hinc quasi in sacrilegos uiolati sauiens templi, temeratumq; tot regum & gentium dominū prædicans, eruendæ urbis apparatus nisibus magnis instabat, & ornatibus potētissimis ducibus, ni profusus in iram à gloriosis descisceret cœptis, lenissima cum petitione placatus. Postridie quoq; super deditioe moneri decreuerat defensores. Ideoq; cū prima lux aduenisset, rex Cynomolgorum Grambantes fidenter operam nauaturus tendebat ad mœnia, cum Romanis promptissimis stipatus: quem ubi uenientem iam cælo forte contiguum contemplator peritissimus aduertisset, contorta balista filium eius primæ pubis adolescentem, lateri paterno hærentem, torace cum pectore perforato præfudit, proceritate & decore corporis æqualibus antestantem. Cuius occasio in fugam dilapsi populares eius omnes, moxq; ne raperetur ratione iusta regressi numerosas gentes ad arma clamoribus dissonis concitarunt: quarum concursu ritu grandinis hincinde conuolantibus telis atrox cōmittitur pugna, & post interneciua certamina adusq; finem diei protēta. Cum iam noctis esset initium, per aceros cæforum & scaturigines sanguinis ægre defensum caligine tenebrarum extrahitur corpus, ut apud Troiam quondam super comite Thessali ducis exanimis acie Marte acerrimo conflixerunt, quo funere regia mœsta & optimatibus uniuersis cum parente subita clade percussis, indicto iustitio iuuenis nobilitate commendabilis & dilectus, ritu nationis propriæ lugebatur. Itaq; ut amari solebat, elapsus in amplo quodā suggestu locatur & cello, circūq; eum lectuli x sternuntur figmenta uehentes hominum mortuorum, ita curate polita, & ut imagines essent corporibus similes iam sepultis: ac per dierum spacium septem, uiri quidem omnes per contubernia & manipulos epulis indulgebant salutando & cantando, tristitia quædam genera neniarum regium iuuenem lamentantes. Fœminæ uero miserabili planctu in prima uo flore succisam spem gentis solitis fletibus condamabant, ut lachrymare cultrices Venereæ sæpe spectantur in solennibus Adonidis sacris: quod simulacrum aliquod esse Phrygum adularum religiones mysticæ docent. Post incensum corpus, ossaque in argenteam urnam contexta, quæ ad gentem humo mandanda portari statuerat pater, agitata summa consiliorum placuerat busto urbis subuersæ expiare perempti iuuenis manes. Nec enim Grambates in uita uinci pignoris umbra ire ultra patiebatur: biduoque ad ocium dato, ac missis abunde qui pacis modo patentes agros pingues, cultosque uastarent, quinquies ordine multiplicato scutorum cingitur ciuitas, ac tertiæ principio lucis corusci globi turmarum impleuerunt cuncta, quæ prospectus humanus potuit undique contueri, & sorte loca diuisa clementi gradu incedentis ordinis occuparunt. Persæ omnes murorum ambitus obsidebant. Pars quæ Orientem

Tragulæ
ictus.

Fidēter ope/
ram nauatu
rus.

Interneciua
certamina.

Mos fune/
randi.
Indictum
iustitium.

In Adonidis
sacris lamen
tantur.
Ossa i urna.

Segeſtani a/
cerrimi bella
tores.

Cibo recrea/
ti & ſomno.
Aeneatorū
clangor.

Vellendi pe/
ritos.

Regibus im/
perās Sapor.

Telorum uis
e muris.

Ferocius q̄
cōſultius pu
gnabatur.

Labor cū in/
ſomnia.

Oriente expectabat, Chenoboscias euenit, qua funestus nobis ceciderat adoleſcens, cuius meridiano lateri sunt destinati: tractum seruabant septentrionis Al bani: occidentali portæ oppositi sunt Segeſtani, acerrimi omnium bellatores: cum quibus elata in arduum specie elephantorum agmina rugosis horrida corporibus leniter incedebant armatis onusta, ultra omnem diritatem tetri spectaculi formidanda, ut retulimus, sæpe cernentes populos tam indomitos, ad urbis Romanæ incendiū diu quæſitos, in nostrum cōuersos exitium, salutis rara desperatione gloriosos uitæ exitus, deinde turbamus, iamque omnibus nobis optatos. A solis itaque ortu usque ad diei ultimū acies immobiles stabant ut fixæ, nullo uariato uestigio, nec sonitu uel equorum audito hinnitu, eademque figura digressi qua uenerant, cibo recreati & somno. Cum superesset exiguum noctis, aeneatorum clangore ductore, urbem ut mox casuram terribili corona cinxerunt. Vixque ubi Gram bates hastam infectam sanguine, ritu patrio, nostrique more coniecerat facialis, armis exercitus concrepans inuolat in muros, cōfestimque lachrymabilis belli turba crudescit, rapido turmarum processu in procinctum alacritate omni tendentium, & contra acri, intentaque occursatione nostrorum. Proinde diffractis capitibus multos hostium scorpionum iactu moles saxæ conliferunt. Alij traiectis sagittis, pars confixi tragulis humi corporibus obstruebant uulnerati. Alij socios fuga præcipiti repetebant. Nec minoris in ciuitate luctus aut mortes, sagittarum creberrima nube auras spissa multitudine obumbrante, tormentorumque machinis, quæ direptas in Gara possederat Persæ, uulnera inferentibus plura. namque uiribus collectis propugnator omiſsa uicissim certamina repetens, in maximo defendendi ardore faucij perniciose cadebant, aut laniati uoluendo stantes proxime subuertebant, aut certe spicula membris infixi uiuentes adhuc, uellendi peritos quæritabant. ita strages stragibus implicitas, & ad extremum usque diem productas, ne uespertinæ quidem hebetauerant tenebre, ea re, quod obstinatione utrinque magna decernebatur. Agitatis itaque sub onere armorum uigilijs, resultabant altrinsecus exortis clamoribus colles nostri uirtutes Constantij Caesaris extollentibus, ut omnium rerum & mundi Persis Saporem & Achemenem appellantis, & Artoserſen, quod regibus imperans, & bellorum uictor interpretatur. Ac priusquam lux occiperet, signo per Lituos dato, ad fortiorem animum prodit, excita undique inextimabiles copiarum in modum alituum ferebantur. Unde longe & late prospici poterat campus, & cōuallibus nihil præter arma micantia ferarum gentium demonstrantibus. Moxque clamore sublato, cunctis temere prorumpentibus, telorum uis ingens uolabat e muris (utque opinari dabatur) nulla frustra mittebantur inter hominum cadentia densitatem. Tot enim nos circumstantibus malis non obtinendæ causa salutis (ut dicitur) sed fortiter moriendi studio flagrabamus. Et a diei principio ad usque lucem obscuram neutrobi prælio inclinato, ferocius quam consultius pugnabatur. Exurgebant enim terrentiumque clamores, ut præalacritate consistere sine uulnere quisque uix possit. Tandem nox finem cadibus fecit, & fatis erumnis inducias partibus dederat longiores. Vbi enim quiescendi nobis tempus est datum, exiguas quæ supererant uires, continuus cum insomniabor assumpsit.

bor' assumpsit, sanguine & Balsirus detētus, & dulcedine liberalium studiorum illectus, remeare & nostro ardenti desyderio gestiebat. Ad hunc missus ego cū Centurione quodam fidissīmo, exploratius noscendi gratia quæ gerebātur, per auios montes, angustiasq; præcipites ueni: uisusq; & cognitus, inter comitesq; susceptus, causam præsentia meæ uni illi confessus, adiuncto taciturno aliquo locorū perito, mittor ad præcelsas illas rupes exinde longe distantes. Vnde nisi oculorum deficeret acies, ad quinquagesimū usq; lapidem, quo ibi morati, intergram biduum cum solertius adfulsisset, cernebamur terrarum omnes ambitus subiectos, quos Orizontes appellamus, agminibus oppletos innumeris, & antegressum regem uestis claritudine rutilantē, quē iuxta lentus incedebat Gram bates Chenobosciatarum rex nobilis, ætate quidem media, rugosisq; mēbris, & mente quidem pallente, expirātium facie perterrente: de quibus ne suprema quidem humani solatia tribui sinebāt angustia spaciorem intra ciuitatis ambitum, non nimiū amplæ legionibus septem: & promiscua aduenarū, ciuiumq; sexus utriusq; plebe, & militibus alijs paucis ad usq; numerum milium xx conctis inclusis. Medebatur ergo suis quisq; uulneribus p possibilitate, uel curantium copia, cum quidā grauius saucijs cruore exhausto spiritus reluctantes effla rent: alij confossi mucronibus prostrati, animis in uentum solutis proijcebātur extincti: aliquorū foratis undiq; membris mederi periti uetabant, ne offensio nibus cassis animæ uexarentur adflicta. Nonnulli uel sagittis in ancipiti curatio ne grauiora morte supplicia perferebāt. Dum apud Amidam hac partiū desti natione pugnatur, Vrsicinus mcerens quod ex alterius pendeat arbitrio auto ritatis, tunc in regendo milite potiorem Sabinianum etiam tum sepulchris hæ rentem crebro monebat, ut compositis uelitaribus cunctis, per imos pedes mon tium occultis itineribus properarent, quo leuium armorum auxilio quàm fors iuuisset, stationibus interceptis nocturnas hostium adgrederentur excubias, quas ingenti circuitu uallauerant, aut laccessionibus crebris occupauerāt, obsidio ni fortiter adherentes, quibus Sabinianus retinebatur ut noxijs, palam quidē literas imperiales præterdens, intacto ubiq; milite, quicquid geri potuisset, im pleri debere aperte iubentes. Clam uero corde altissimo renitens saepe in comi tatu sibi mandatum, ut amplam omnē adipiscendæ laudis decessori subarden ti studio gloriam circūcideret, & iam ex Rep. processurā, adeo uel cū exitio pro uinciarū festinabatur, ni bellicosus homo memorabilis alicuius facinoris autor nunciaretur, aut socius. Ideoq; his attonitus malis, exploratores ad nos saepe mittendo, licet ob custodias artas nullus facile oppidum poterat introire: & uti lia agitando complura, nihil proficiēs, uī sauebat ut leo magnitudine corporis, & toruitate terribilis, inclusos intra retia catulos periculo eripere nō audens, san guinibus ademptis, & parētibus in ciuitate, ubi sparsorum per uias cadauerum multitudo humani officia superaret, pestilentia tot malis accessit uerminantiū corporum lue tabifica, uaporatis æstibus, uariōq; plebis languore nutrita, quæ genera morborū unde oriri solent, breuiter explicabo. Nimietatem frigoris, aut caloris, uel humoris, uel siccitatis pestilētias gignere Philosophi & illustres Me

Hæc eadē in pximo libro

Vestis clari tudine.

Possibilitas.

Forata mem bra.

Literæ impe riales.

Pestilentia

Origo pesti lentia unde

Kk dici



dici tradiderunt. Vnde adcolentes loca palustria uel humectata, est iocularis casus, & similia perferunt, contra confines caloribus tempore febrium arecentes: sed quanto ignis materies cæteris efficacior, tanto ad perimendum celerior siccitas. Hinc cum decenali bello Græcia desudaret, ne peregrinus penas dissociati regalis matrimonij luctaretur: huiusmodi grassata pernicie telis Apollinis perire complures, qui sol æstimatur: atq; ut Thucydides exponit, clades illa quæ in Peloponesiaci belli principijs Athenienses acerbo genere morbi uexauit: adusq; Aethiopiæ plagâ paulatim proserpens, Atticam occupauit. Alijs placet, auras ut solent, aqua uitiata fœtore cadauerû, uel similibus, salubritatis uiolare maximam partem, uel certe aëris permutatione subitam agritudinis parere leniore. Adfirmant etiam aliqui terrarum alitu densiore grassatum aëra, emittendis corporis spiraminibus resistentem necare nonnullos: qua causa animalia præter homines cætera iugiter prona, Homero autore, & experimentis deinceps multis, cum talis inceserit labes, ante nouimus interire. & prima species luis Pædemus appellatur, quæ efficit in aridioribus locis agentes caloribus crebris interpellari. secunda Pidemus, quo tempore ingruens aciem hebet luminû, & concitat periculosos humores. Tertia Loemodes, quæ itidem temporaria est, sed uolucris uelocitate letabilis. Hac exitiali peste quassati paucis intemperanter consumptis, quos multitudo augebat: tandem nocte quæ diem consequuta est decimû, exiguis imbribus disiectos concreto spiritu & crassato, sospitas retenta est corporû firma. Verum inter hæc, inquiete Sabineus ciuitatem pluteis circûdabat: & regi aggeres cœpit: turresq; fabricabantur frontibus ferratis excelsæ, quarû fastigijs balistæ locatæ sunt singulis, ut propugnaculis propelleret defensores, leuia tamen per funditores & sagittarios prælia ne puncto quidem cessabant. Erant nobiscû duæ legiones Magnesiæ receptæ ex Gallijs tute (ut prædixim?) uirorû fortium & pernicium, ad palmarios conflictus aptorum, & eas uero belli artes quibus stringebantur, nõ modo inhabiles: contra nimij turbatores, qui cû neq; machinis, neq; in operum constructione iuuarent aliquem studijs erumpentes dimicantesq; fidentissime minuto numero reuertebant: tantum proficientes, quantum in publico (ut aiunt) incendio, quæ unius hominis manu adgesta. Postremo obseratis portis, precantibusq; Tribunis egredi nequeunt: fredebant ut bestia. Verû sequutis diebus efficacia eorû eminuit, ut docebimus, in Samoto loco partis meridianæ, murisq; despectans fluuium Tigrim, turris fuit in sublimitatem exurgens, sub qua hiabant rupes abscissæ, ut dispici sine uertigine horrenda non possent, unde uacantes fornicibus subterraneis per radices montis scalas adusq; ciuitatis ducebant planiciem, quo examinis alueo haurientur aquæ furtim: ut in omnibus per eas regiones munimentis, quæ contingunt flumina uidimus affabre polita per has tenebras rupes neglectas, oppidano trās fuga quodam ductante, qui ad diuersam partem desuerat, LXX sagittarij Persæ ex agmine regio, arte, fiduciaq; præstâtes, silentio summoti, defensiq; subito singuli, nocte media ad contignationem turris tertiam ascenderunt. ibiq; occulati, mane sago punici coloris elato, quod erat subeundæ indicium pugnae, cum ex omni

Telis Apollinis.

Aëris permutationis.

Pædemus luis.

Sospitas.

Palmarij conflictus.

Sagum punici coloris.

ex omni parte circūueniri urbem suis copijs inundantibus aduertissent, ex inani-
tis, proiectisq; ante pedes pharetris, clamoris ululatus incendio tela summa
peritia dispergebant. Moxq; acies omnes tensæ terrebant multo infestius q̄
antea ciuitatem, incertos nos, & ancipites quibus occurri deberet, instantibus su-
pra multitudini trāscensus alarum iam propugnacula ipsa prensanti, diuiditur
opera, & translata leuiore quinq; balistæ contra turrim locantur: quæ ocyus li-
gnea tela fundentes, nōnunq; binos forabant, equitibus pars grauiter uulnera
tū ruebant: alij machinarum metu stridentium præcipites acti, laniatis corpori-
bus interibant. Quibus hac celeritate confectis, relatisq; ad loca sueta tormen-
tis, paulo securius moenia omnia cōkursu defendebantur. Et quoniam augebat
curas militum scelestum facinus, perfugæ quasi decurrentes in planū, ita iaculan-
tes diuersa missilia lacertis fortioribus incumbabant, ut uergentē meridiem de-
gentes uulnerum acri repulsu disiectabant lachrymantes cum plurimū mortes
tentoria repeterēt metu. Adspirauit auram quandā salutis fortuna innoxia die
tum hostili clade immenso, cuius reliquo tempore ad quietē reficiendis corpori-
bus, dato postera lucis initio, ex arce innumeram cernimus plebem, quæ Ziata
capto castello ad hosticum ducebatur, ad quem in locum ut capacissimū & mu-
nitum spacio quippe x stadiorum ambitur, promiscua confugerat multitudo.
Nam etiam alia munimenta hisdem diebus rapta sunt, & incensa, unde homi-
num milia extracta, complura seruituri sequebātur: inter quos multi senecta in-
firmi, & mulieres iam grandæuæ cum ex uarijs deficerent causis, itineris longin-
quitate offensæ, abiecta uiuendi cupiditate, furis uel suffraginibus relinqueban-
tur exectis. Has miserabiles turmas Galli milites cōtuentes rationabili quidē,
sed intemperatio motu, cōferendæ cum hostibus manus copiam sibi dari po-
scebant, mortem tribunis uetantibus, primisq; ordinibus minitātes, si deinceps
prohiberēt, utq; tentata in caueis bestia, tetro pedore acerbius efferata, euaden-
di spe repagulis uersatilibus illuduntur. Ita gladijs portas ædebant, quas supra
diximus, obseratas admodum anxij, ne urbe excisa ipsi quoq; sine ullo specioso
facinore debeantur, aut exuta periculis nihil egisse opere precium pro magnani-
mitate Gallica memorētur. Licer antea sæpe egressi, structoresq; aggerum con-
fisi quibusdam impedire conati, paria pertulerūt. Inopes nos consilij, & quid op-
poni deberet sauientibus ambigentes, id potissimum ægre eisdem adsentienti-
bus tandem elegimus, ut quomodo ultra ferri non poterant paulisper morati,
custodias aggredi permitterentur hostiles, quæ non procul erant à coniectu lo-
cati telorū, ut eis perruptis pergerent prorsus. Apparebat enim eos si impetras-
sent, strages maximas ædituros: quæ dum parātur, per uaria certaminū genera
defensabant acriter muri, laboribus, & uigilijs, & tormētis ad mittenda undiq;
fata, telāq; dispositis: duo tamē aggeres celsi Perfarū manu erecti, & expugna-
tio ciuitatis struebatur operibus lentis, contra quos nostrorum impensior est cu-
ra: moles excitabātur altissima, fastigio aduersæ celsitudinis æquata propugna-
torum uel nimia pondera duratura. Inter hæc Galli morarum impatientes, se-
curibus, gladijsq; succincti, patefacta sunt egressi postica, obseruāte nocte squa-

Tela binos
forabant.

Adspirauit
auram.

Suffragines
exectæ.

Teter pedor,
Repagula
uersatilia.

Cōiectus te-
lorum.

Galli moræ
impatientes,

Kk 2 lida.

lida, & inter inuocantes caeleste praesidium, ut propitium adesset, & libens, atque ipsum spiritum reprimetes. Cum prope uenissent conferti ualido cursu quibusdam stationarijs interfectis, exteriores castrorum uigiles, qui in nullo tali metu sopiti obruncarunt, superuenire ipsi ad regem, si prosperior esset euentus, occulte meditabantur. Verum audito lixarum ruentium sonitu, gemituque castrorum discussi omnes, excitatis multis, ad arma pro se quoque clamitantes steterunt milites uestigijs fixis, progredi ultra non ausi: nec enim cautum, deinde expergefatis quas petebant insidijs in apertum properare discrimen. Cum iam undique frendentium cateruae Persarum in praelia uenirent accensae, contra Galli corporum robore, audaciaque quoad poterant, inconcussis gladijs sectantes aduersas partes, quorum strata uel sagittarum undique uolantium crebritate confixa, cum unum in locum totam periculi molem couersam, & concurrentium hostium aduertissent, nullo terga uertente, euadere festinabant: & uelut repedantes sub modulis sensim extra uallum protrusi, cum manipulos confertius inuadentes sustinere non possent, tubarum perciti clangore castrensiu discedebant: & resultantibus e ciuitate lituis multis portae pandunt recepturae nostros, si peruenire illuc usque ualuisent: tormentorumque machinae stridebant sine iaculatione ulla telorum, ut stationibus praesidentes, post interemptos socios pone agerentur, ignari urbis oppositi moenibus nudatis ut uiri fortes susciperentur innoxij. Hac itaque arte Galli portam prope confinia lucis introiere minuto numero: quidam perniciosae partis leuiter uulnerati, quadringentis ea nocte desideratis, qui non resunt, nec cubitantes pro muris Illiacis Thracas, sed Persarum regem armatorum tribus milibus circumseptum, ni obstitisset uiolentior casus, in ipsis temporibus obruncarant. horum Campiductor ut fortium factorum antesignanis post ciuitatis excidium armatas statuas apud Aedissam in regione celebri locari iusserat Imperator, quae ad praesens seruantur intactae, remicanti luce funeribus cum inter castrorum cadauera optimates inuenirentur, & satrapae, clamoresque dissoni fortunam aliam alibi cum lachrymis indicabant: luctus ubique & indignatio regum audiebatur, arbitrantiu per stationes muris obiectas inrupisse Romanos: inducisque ob hoc tridui datis ad sensu communi, nos quoque spacium ad respirandum accepimus. Percussa deinde nouitate rei, efferataeque gentes, ommissa omni concitatione operibus quomodo ius minime procedebat, decernere iam cessabant, & conatu extremo belli ardore omnes oppetere gloriose iam properabant, aut ruina urbis animis litasse castrorum, iamque apparatu cunctorum alacritate perfecto, exiliente lucifero, operum uariae speciei cum turribus ferratis admouebantur. quorum in uerticibus celsis aptatae balistae propugnatores agitantes humiliter distabant, & albescente iam die ferrea munimenta membrorum caelum omne subtexunt, densitate acies non inordinati mutant ea: sed tubarum sonitu leuiter ductante nullis percursantibus incendebant machinarum operi tegminibus, cratesque uimineas praetendentes. Cumque propinquantes ad coniectum uenire telorum oppositis scutis, per se pedites sagittas tormetis excussas, e muris agrius euitantes laxarunt aciem, nullo penes iaculi genere inuanum cadente, etiam cataphracti

Repedantes
sub modu/
lis.

Desiderati
quadringen/
ta.

Satrapae,

Accepimus
spacium ad
respirandum.

Litare.
Ferratae tur/
res.

Cataphracti
hebetati.

hebetati

hebetati & cedentes animos auxere nostrorum. Tamen quia hostiles balistae ferratis impositae turribus, in humiliora ex supernis ualentes, ut loco dispari, ita euentu dissimilis, nostri multo cruore fouebantur. Ingruente iam uespera cum requiescerent, cum pars noctis spacium maius consumptum est, ut excogitari possit, quicquid exitio ita atroci obiectaretur: & tandem multa uersantibus nobis dedit consilium, quod tutius celeritas fecit, quatuor hisdem balistis scorpionis opponi quidem translatus e regione caute, quod artis difficillimae collocantur: lux nobis aduenit maestissima, Persarum inaniter populos formidatos ostentans, adiectis elephantorum agminibus, quorum stridore, immanitateque corporum nihil humanae mentes terribilius cernunt. Cumque omni ex latere armorum & operum beluarum molibus urgeremur, per scorpionum ferreas fundas e propugnaculis subinde rotundi lapides acti, dissolutis turrium coagmentis, balistas earumque tortores ita fudere praecipites, ut quidam citra uulnerum noxas, alij obruti magnitudine ponderum interirent: elephantum uero magna propulsi, quos flammis coniectis undique circum nexos iam corporibus tactis, gradientesque retrorsus, retinere magistri non poterant: postquam exustis corporibus nulla quies certaminibus: rex enim ipse Persarum, qui nunquam ea de certaminibus cogitauit, his turbinum infortunij percitus, nouo & nusquam ante cognito more praehatoris militis ritu profiliuit in confertos. & quia conspectior de gentium multitudine procul speculantibus uisebatur, petitus breuitate telorum multis stipatoribus stratis abscessit alternatim bello reges acies, & ad extremum diei, nec morientium truci uiso, nec uulnerum terditus, tandem tempus exiguum tribui quieti permisit. Verum nocte praeha dirimente, somno per breue otium capto, innoctescente iam luce ad potiunda sperata ira & dolore exundans, nec fas ullum praeha oculis habiturus gentes in nos excitabat. Cumque crematis operibus, ut docueram, pugna per aggeres celsos muris proximos tetaretur, ex adgestis erectis intrinsecus, quantum facere, nitique poterant nostri, aequis uiribus per ardua resistebant, & diu cruetum praehum stetit, nec metu mortis quisquam ex aliqua parte a studio propugnandi remouebatur. eoque producta contentione, cum sors partium euentu regeretur, indeclinabili diu laborata moles illa nostrorum uelut terrae quodam tremore quasi procubuit, & tanquam itinerario aggeri, uel superposito ponte complanatum spacium, quod inter murorum congestamque forinsecus struem hiabat, praefecit hostibus transitum, nullis obicibus impeditum, & spes pleraque militum obiectorum oppressa uel debilitate cessabat. Concursum est tamen undique ad propulsationem periculi tam abrupti & festinandi studio, alijs inretientibus alios, audacia hostium ipso successu crescebat. Actisque igitur regis imperio praehatoribus uniuersis, strictoque cominus ferro cum sanguis utrobique immensus caedibus funderetur, repletae sunt corporibus fossae, latiorque uia inde pandebatur, & concursu copiarum ardenti iam ciuitate oppleta, cum omnis defendendi uel fugiendi spes esset abscisa, pecorum ritu armati, & imbelles sine sexus discrimine truncabantur. Itaque uespera tenebrante, cum adhuc licet iniqua reluctante fortuna, multitudo nostrorum manu confer-

Lux nobis
maestissima
Stridor ele-
phantorum.

Lapides
acti.
Tortores ba-
listarum.

Noctescente
uel innocte-
scente.

Armati &
imbelles ob-
truncantur.
Vespera te-
nebrante.

ta distingueretur, in abstrusa quadam parte oppidi cum duobus alijs latens obscure, praesidio noctis postica, per quam nihil seruabatur, euado: & squalentum peritia locorum, comitumq; adductus celeritate, ad decimum lapidem tandem perueni: in qua statione lenius recreati, cum ire protinus pergeremus, & incedendi nimietate iam superare, ut insuetus ingenuus ostendit tetrum aspectum, sed lassitudine graui leuamen impendio intempestiuum. Fugaci equo nudo & infreni collo quidem sedens, ne labi possit ex more, habenam qua ductabatur sinistra manu artius inligauit. Moxq; decussis uinculis, nodoue, neq; semper auia salusq; membratim discerptus, iumentum exhaustum cursu, pondere cadaueris detinebatur: cuius dorsuatis comprehensis seruitio usus in tempore, cum hsdem socius ad fontes sulphureos aquarum aptae naturae cadentiu aggre perueni. Et quia per aestum arida siti reputates aquam diu quaeritando, profundu penes uim dimus puteu, & neq; descendendi pro altitudine restium aderat copia, necessitate docente postrema indumeta lintea quibus tegebamur, in oblongos discindimus pannulos, unde explicato fune ingenti centone, quem galea unus ferebat e nostris, ultimae aptauimus summitati funem, coniectus aquas hauries ad perniculi modum, facile sitim qua hauriebamur extinxit. unde citi ferremur ad flumen Euphraten, ulteriorem ripam petituri per nauem, quem transire nandi causa iumenta & homines in extractu diu ibi consuetudo locarat. E cuius autem manu agmen cum equestribus signis disiectum eminus cernimus, quod prosequeretur multitudo Persarum, incertum unde impetu tam repentino terga uiantum aggressa. Quo exemplo terrigenas illos non finibus terrae emersos, sed exuberatim pernitate credimus nasci: qui quonia inopini per uaria uiscebantur sparsi uocitati humo exiluisse, uetus a matre fabulosius extollentes sunt aestimati. Hoc conciti cum omnes iam essent in celeritate, salutis praesidium per dumeta & syluas in montes petimus celsiores, exindeq; Melitinam minoris Armeniae oppidum uenimus, nos repertum ducem, comitatq; iam profecturum Antiochiam reuisimus. iam Imperator & Persae quia tenderem tum introrsus, praecipiti haedorum sydere exorto prohibebantur captiuos agentes, & praedas remeare cogitabant ad sua. inter haec tamē funera direptionis ciuitati excisae Eliano comite & tribuno, quorum effectu diu defensa sunt moenia, stragesq; multiplicatae Persarum, patibulis Lestes infixis Iacobus, & Celsus numerarij apparitionis magistri equitu, alijq; protectores post terga iunctis manibus ducebantur Transigritanis, qui sollicita quaerebantur industria, ut infimi sineq; discrimine ad unum omnes contruncati. Vxor uero Crantansij quae retinens pudore in uiolatum, ut matrona nobilis colebatur, mcebat uelut orbem alium sine marito uisura, quanq; sperabat documentis praesentibus altiora. In rem itaq; consules suam, & accidentia longe ante prospiciens, anxietate bifaria stringebatur, uiduitatem detestans. & nuptias: ideo familiarem suam perquam fidum, regionumq; Mesopotamiae gnarum, per Zagrum motem inter castella praesidiaria duo Maride & Lorne, introiturum Nisibin occulte dimisit: mandatis, arcanisq; uitae secretioris maritum expirans, ut auditis quae cotigerint, ueniret secum beatum uicturus,

Iumentum.
Dorsuata.

Necessitate
docente.

Pannuli.
Centio.

Terrigenae
unde.

Transigrita
ni.

re uicturus. quibus contentus expeditus uiator per saltuosos tramites & fruteta Nisibin passibus citis ingressus, causatusque sibi dominam nusquam uisam, & forsitan interemptam, data euadendi copia, castris hostilibus abcessisse, & ideo utilis neglectus docet Crantansiu gesta, moxque accepta fide, quod si tuto licuerit, sequetur coniugem, libens euasit exoptatum mulieri nuncium ferens. Hoc cognito, Persam Sapore ducem supplicauerat regi, ut si daretur facultas antequam Romanis excederet finibus, in potestate suam iuberet propitius maritum adscisci praeter spem. Itaque omnium digresso aduena repetino, qui postliminio reuersus statim, sine ul-

» urbs uerebatur Aeterna, uicque minacissimae plebis, fame ultimam malorum omnium & expectatis, subinde Tertullus uexabatur. Ea tempestate praefectus irrationabiliter plane, nec enim per eum ut erat, quo minus tempore congruo alimenta manibus ueherentur, quae maris asperitas solitae, uentorumque procellae reslantium, delata in proximos sinus introire portum Augusti discriminum magnitudine perterebat. Quocirca idem saepe praefectus seditionibus agitatus, ac plebe tum saeuiete immuni, usque urebat impediens exitum ab omni spe tuenda salutis exclusus, ut existimabat tumultuati acriter populo, sed acciditiam considerare sueto prudenter, obiecit

Saltuosi tramites.

Postliminiu.

Vastatoriu globus.

Longo proximus interuallo.

Cadavera nostrorum fatiscunt. Corpa Persarum.

Fames ultimam malorum.

Procul om̄e
dij caelestes
auertant.

Vulgus ad
dementiam.

Verfabiles
Sarmatae.

Res uehicu-
laria.
Professio cen-
sualis.

Valeria pars
Pannoniae
unde.
Sub pellib⁹
exercitu dif-
fuso.

Subdiuales
mora.

Palarentur.

ter, obiecit paruulos filios: & lachrymans, en, inquit, ciues uestri, procul omen-
dij caelestes auertant, eadem perlaturi nobiscum, ni fortuna adfulserit laetior. Si
itaq; his abolitis, nihil triste ac fidere posse existimatis, praesto in potestate sum
uestra. Qua miseratione vulgus ad dementiam suapte natura procliue lenitum
conticuit, æquanimiter uenturam operiens sortem. Moxq; diuini arbitrio nu-
minis, quod auxit ab incunabulis, Romam perpetuam fore respondit. Dum
Tertullus apud ostia in æde sacrificat Castorum, tranquillitas mare molliuit:
mutatq; in Austrum placidum uento, uelificatione plena portum naues in-
gressa, frumentis horrea referferunt. in hæc ita ambigua Constantium Syrmi-
etiam cum hyberna quiete curantem permouebant nunciij metuendi & graues,
indicantes id quod tunc magnopere formidabant limitates, Sarmataeq; quos
expulisse paternis auitisq; sedibus dominos suos ante monstrauius, paula-
tim posthabitis locis, quæ eis anno præterito utiliter sunt destinata, ne ut sunt
uerfabiles, aliquid molirentur in eum, regiones confines limitibus occupasse, ua-
gariq; Ligentium genuino more, ni pellerentur omnia turbaturos. quæ super-
bius incitanda propediem Imperator dilato negotio credens, coacta undiq;
multitudine milites ad bella promptissimos, nec tum adhortari egeat procin-
ctos, egressus est genuina consyderatione alacrior, quod expletus prædarum
opimitate exercitus, æstate nuper emensa, simili in spe fidenter in effectus ani-
mabatur prosperos. Quodq; Anatolio regente tunc per Illyricum præfectu-
ram, necessaria cuncta uel ante tempus coacta sine ullius dispendijs adfluebāt:
nec enim dispositionibus unquam alterius præfecturæ (ut inter omnes con-
stat) ad præsens Arthoæ prouinciæ bonis omnibus floruerūt, correctione titu-
bantiū beneuola & solerti, uehiculariæ rei iacturis, ingētibusq; clausuræ dom⁹
innumeras & censuali professione speciosa fiducia releuata, indemnesq; dein-
de & innoxij earum incolæ partium querelarum sopitis materijs uiuerent, ut
postea exquisitorum detestando nomine titulorum per offerentes, suscipien-
tesq; criminose in maius exaggerata his propugnari sibi nitentibus illis, at-
tenuatis omnibus opibus se fore sperantibus uictos, adusque proscriptiones, mi-
serorumq; suspendia peruenerunt. Rem igitur emendaturus urgentem, profes-
ctus cum instrumentis ambitiosus Imperator, ut dictum, Valeriam uenit par-
tem quondam Pannoniæ, sed ad honorem Valeriæ Diocletiani filia, & institu-
tam & ita cognominatam, sub pellibusq; exercitu diffuso, per Histri fluminis
margines barbaros obseruabant, ante aduentum suum amicitia uelamento
Pannoniam furtim uastandam inuadere hyeme durissimo cogitantes, cum nec
dum solutæ uernis caloribus niues amnem undiq; peruisum faciunt, nostrisq;
pruinis, subdiualesq; moras difficile tolerabant. Confestim itaq; missis ad li-
mitantes duobus tribunis cum interpretibus singulis explorabant, modestius
percontando, quamobrem relictis laribus post pacem & fœdera petentibus at-
tributis ita palarentur uaria, limitesq; contra interdīcta pulsarent, quod uana
quædam causantes & irrita pauore adigentiū mentiri, principem exorabant ue-
niam obsecrantes, ut similtate abolita, transmissio flumine ad eā uenire permit-
terentur.

terentur, doliturâq; sustinerent incommoda, paratîq; intra spacia orbis Romani, si id placuerit, terras suscipere longe discretas, ut diurno ocio inuoluti & quietis colentes, tanq; Salutem deam tribunorum compertis, Imperator exultans, ut negotio quod rebatur inexplicabile, sine ullo puluere consumando cunctos admittit, cupiditate plus habendi incensus, quàm adulatorum cohors augebat, Id sine modo strepētium, quod externis sopitis, & ubiq; pace composita, per la tera lucrabitur plura, & tyrocinia cogere poterit ualidissima: aurum quippe gra tanter prouinciales corporibus dabunt, sed rē Romahā aliquoties adgrauabat. Proinde uallo prope Acunincū locato, celsocq; aggere in speciem tribunalis erecto, naues uehentes quosdam legionarios expeditos, aluum fluminis proximū ripis obseruare sunt iussæ, cum Innocentio quodam agrimensore huius autore consilij, ut si Barbaros tumultuare sensissent, aliorum intentos post terga perua derent. Improuisicq; limitantes licet properari sentirent, nihil tamen periculi fingentes stabant in Curdo, longe alia q; quæ gesta præferebant uerbis alijs mentibus perpēsantes. Visocq; imperatore ex alto suggestu iam sermonē parare leuissimū meditante, & adloqui uelut morigeros iā futuros, quidā ex illis furore percitus, truci calceo suo in tribunal cōtorto, marha marha, qd est signū apud eum bellicum, exclamauit. eumq; sequuta incondita multitudo uexillo elato repente barbarico ululans, ferrum in ipsum principē ferebatur. Qui cum ex alto dispiciens plena omnia discurretis turbæ, & eum milibus uidisset relectisq; gladijs & uerutis, iam ppinqua pernicie externis mixtus, & suis ignotus eduxit setum miles quia neq; cōtandi aderat tempus, neq; crassandi, equo ueloci impositus cursu, stipatores tamē pauci, dum ignis moles inundantes conabatur regere, interierunt: aut ponderibus supertuentiū solis adflicti, sellacq; regalis cum aureo puluinari nullo uetate direpta est. Mox autē audito quod ultimū pœnæ tractus exitium in abrupto staret adhuc imperator, antiquissimū omnium exemplum ratum iubilo. Nondū enim exemptum periculis existimauit salutis fastu fidentior, licet ob procurfionem subitam semitectus sonorū, & Martium frendens Barbarorum more obstinatorum cateruis semet immerfit. Et quia uirtute dedecus purgatura ardens copia nostrorū erupit, iras in hostem perfidū parās, obuia quæq; obrūcabat sine parsimonia uiuos cōculcans, & semineces, & peremptos, antequam exatiaret cædibus Barbaricis manus, acerui constipati sunt mortuorū. Urgebatur enim rebelles, alijs trucidatis, alijs terrore disiectis: quorū pars spem uitæ callis precibus usurpando, multiplicatis ictibus cædebatur: post quæ deiectos omnes, ni receptū canētibus lituis: nostri quoq; licet rari uidebatur exanimes, quos impetus conculcauerat uehemens, aut furori resistentes hostili, lateraq; nudantes intecta, ordo fatalis absumpsit. Mors tamen eminuuit inter alios Celacis Cuteruorū tribuni, qui inter cōfligendi exordia primus omniū in medio Sarmatarū globos immisit: post quæ tā fæue ab illis gesta, pro securitate, militūq; ratione mouebant gentes. Constātius Syrmiiū redit, fouēs de hoste fallaci uindictā, & maturati quæ necessitates tēporis poscebāt instantes gressus. Exinde Constātinopolim petit, ut Orienti iam proximus, dadibus apud Amidam mederetur

Sine ullo puluere.

Agrimensor.

Limitantes, Sarmata

Calceum in tribunal. Marha marha quid.

Constantij animus.

Sarmatarū cædes.

Receptui canere.

Constātius.

Constanti nopolis.

Reintegrato. dam mederetur acceptis, & reintegrato supplementis exercitu, impetus regis Persarum pari uirium robore cohiberet, quae constabat (ni caelestis ratio, impensiorque repelleret cura multorum) Mesopotamiae relictum esse, post terga per exteta spacia signa moturum. Inter has tamen sollicitudines uelut ex recepto quodam antiquo more, ad uicem bellorum ciuilium inflammabant litui quodam colorata laesa crimina maiestatis, quorum exequutor & administer saepe Dictantes ille notarius missus est. Paulus qui peritus artium cruentarum, ut lanista & comcedus libitinae uel ludij, ipse quoque ex occulto uel carnifice quaestum fructumque captabat, ut enim erat obstinatum, fixumque eius propositum ad laedendum, ita nec furtis abstinuit innocentibus, exitiales causas ad stringendum in calamitosis stipendijs uersaretur. Materiam autem in infinitum quaestionibus extentis dedit occasio uilis & pura, oppidum est Abydum in Thebaidis partes, dum extremo hic Besedei locariter appellati, oraculum quondam futura pandebat, praescis circumiacentium regionum cerimonijs solitum coli, & quonia quidem praesentes, pars per alios desideriorum indice missa scriptura supplicationibus expresse conceptis, consulta numinum scitabantur chartulae, seu membranae, continentes quae petebantur, post data quoque responsa interdum remeabant in fano. Ex his aliqua ad Imperatorem maligne sunt missa: qui ut erat Augusti rectoris obsurdescens, in alijs etiam nimium ferus, in hoc titulo ima, quod aiunt, auricula mollior, & suspicax, & munitus acri felle concaluit, statimque ab Oriente ocyus remouit. Ad Paulum potestate delata, ut instar ducis rerum experientia clari, ad arbitrium suum audiri efficeret causas. Dumque est negocium modeste etiam tum per Orientem commiti apto ad haec & similia, Hermogenes enim Ponticus ea tempestate praefectus pratorio, ut leuioris ingenij spernebatur, perrexit ut praecipitum est. Paulus funesti mceroris, & anhelitu plenus: dataque calumnia, indiligenter plurimi ducebantur ab urbe, propter terrarum uicinitatem iuxta nobiles & obscuri: quorum aliquos uinculorum addixerat nexus, alios claustra poenalia consumpserunt: & electa est spectatrix suppliciorum feralium ciuitas Palaestina, Scytopolis genuiua satione uisa magis omnibus opportuna, quod secretior, quod inter Antiochia, Alexandriaeque media, unde multi plerumque ad crimina trahebantur. Ductus est itaque inter primos Simplicius Philippi filius ex praefecto & consule, reus hac gratia, postulatus, quod super adipiscendo interrogasse dicebatur imperio, perque eloquium principis torqueri praecipitum, qui in his casibus nec peccatum aliquando pietati dederat, nec erratum fato quodam arcente, corpore immaculato lata foga damnatus est. Dein Parnasius ex praefecto Aegypti homo simplicium morum deductus periculi pronuncietur capitis reus, ut idem pulsus est in exitiale exilium, saepe auditus multo antehac retulisse, quod cum Patras Achaicum oppidum, ubi genitus habuit larem, impetratae causa cuiusdam relinqueret potestatis, per quietem deducuntia se habitus Tragici figmenta uiderat multa. Andronicus post a studijs liberalibus & claritudine carminum notus, in iudicium introductus, cum secunda mente nullis suspicionibus urgeretur, purgando semper & fidentius absolutus est. Demetrius ite Cytharas cognomino Philosophus, grandaeus

Perit⁹ artium.

Abydum op.

Oracula ex
pressa.Obsurde/
scens.Claustra poe
nalia.
Scytopolis.

dæuus quidem, & corpore durus, & animo, sacrificasse aliquoties confutatus in
 fieri non potuit: adferens propiciandi causa numinis hæc à prima adolescen-
 tia factitasse, nõ tentandi sublimiora scrutatus: nec enim quenq; id nouerat ad
 sectare. Diu itaq; adhærens eculeo cū fiducia graui fundatus, nequaq; uarians
 eadem oraret intrepidus, Alexandriam unde oriebatur, innoxius abire permis-
 sus est. Et hos quidem, aliosq; paucos æqua fors ueritatis adiutrix, periculis ex-
 emit abruptis, crinibus uero serpentium latius per implicatos nexus sine fine
 distentos. Quidam corporibus laniatis extinguebatur: alij pœnis ulterioribus
 damnati sunt bonis ereptis, Paulo succentore fabularū crudelium, quas è prom-
 ptuaria cella fallacias extulit nocēdi specie: egitq; complures, cuius ex uictu (pro-
 pte dixerim) pendebat incedentium omnium salus. Nam siqui remedia quarta-
 næ, uel doloris alterius collo gestarent, siue per monumentum transisse uespe-
 rum maliuolorum argueretur indicijs, ut ueneficij, sepulchrorumq; horrores,
 & errantium. Item animarum ludibria conligens uaria, pronunciatu reus capi-
 tis interibat, & prorsus ita res agebatur, quasi clarum Dodoneas arbores, & effa-
 ta delphorum olim solennia in Imperatoris exitium sollicitauerint multi, unde
 blanditiarum tetra commenta Palatina cohors inquisite confingens, immune/
 meum fore malorum cōmuniū deferebat, factum eius ingens semper & præ-
 sens in abolendis aduersa conantibus elusisse, uocibus magnis exclamans, & in-
 quisitum in hæc negocia fortius nemo, qui quidem recte sapiat, reprehēdit, nec
 enim abnuimus salutem legitimi principis propugnatoris bonorum & defen-
 foris, unde salus quæritur alijs consociato studio muniri debere cunctorū. Cu-
 ius redimendæ causæ ualidius ubi maiestas pulsata defenditur à quæstionibus
 » cruentis, nullam Corneliæ legis exoneres fortunā. Sed exultare mœstis casibus
 » effrenate non decet, ne uideantur licentia regi subiecti, nõ potestate. imitandus
 » sit Tullius, cum parcere uelle de re potuisset, ut ipse adfirmat, ignoscendi quæ-
 » rens causas, non puniendi occasiones: quod iudicis lenti & considerati est pro-
 » prium. Tunc apud Daphnen amœnum illud & ambitiosum Antiochiæ subur-
 banum, uisu, relatuq; horrendum natum est mōstrum, infans ore gemino, den-
 ribus cū binis & barba, quatuorq; oculis, & breuissimis duabus auriculis: qui
 partus ita distortus permonebat, Rempublicam in statum uerti deformem, na-
 scuntur huiuscemodi sæpe portenta indicantia rerum uariarum euentus: quæ
 quoniam non expiantur, ut apud ueteres publice inaudita prætereunt & inco-
 gnita. His tēporibus Isauri diu quieti, post gesta quæ superior continet textus,
 tentatumq; Seleutiæ ciuitatis obsidium, paulatim reuiuiscētes (ut solent) uerno
 tepore foueis exilire serpentes, saltibus digressi scrupulosi & inuisi, conuertitq;
 in cuneos densos per furta & latrocinia finitimos afflictabāt, & eo prætenden-
 tes milites, ut montani fallentes, perq; rupes & dumeta ex usu facile discurretes,
 ad quos ni uel ratione sedandos lautius adiecta comitis dignitate, missus est re-
 ctor homo ciuilis prudētiæ, qui minis potius quàm acerbitate pleraq; correxit:
 adeo, ut eo diu prouinciam obtinente, nihil accideret quod animaduersione di-
 gnum æstimaretur.

Corpore durus, & animo.

Sors ueritatis adiutrix.

Promptuaria cella fallaciarum. Remedia quartana.

Maiestas pulsata. Exultare mœstis casibus.

Monstrū cū quatuor oculis.

Obsidium

Ammiani